



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Primum. In quo post introitum ex verbis Diui Pauli sumptum causa
martyrij insinuatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A *Neque enim de nobis est sapientia sed de te. Neque enim nobis est gratia sed de te. Neque enim nobis est credere sed de te. Quia tu donas nobis spiritum sapientie et scientie.*

LIBER VITÆ

SANCTI ENGELBERTI

SECUNDVS.

B

Caput Primum.

In quo post introitum ex verbis Diui Pauli sumptum causa martyrij insinuat.



A s electionis B. Paulus Apostolus, electorum gloriam, & diuinam circa illos intelligens dispensationem, ait: Quos autem prædestinavit, hos & vocauit: natio. & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Quatuor hinc enumerat, prædestinationem, vocationem, iustificationem, magnificationem. Primum æternum est, & est causa Magnificationis subsequentium. Quos Deus ab æterno prædestinat, hos in tempore vocat, iustificat & magnificat. Beatum pontificem Engelbertum, ab æterno prædestinatum, prædestinantis gratia ad martyrij locum tempore & occasione, quibus voluit, vocauit: vocatum, contritione, confessione & proprij sanguinis effusione iustificauit: iustificatum, signis & virtutibus post mortem magnificauit, & quotidie magnificare non cessat. De magnificatione eius cœlesti, dicere non sufficimus: quia qualis vel quanta sit, nescimus. Causa vero martyrij eius, per quam, illam promeruit, talis erat: Fridericus comes de Isenburg, aduocatus Ecclesie Essendensis. Est enim Abbatia regalis, & ab Imperatore tenetur. Iste Fridericus, fratre seniore in fata cedente sine filio, ut fratris esset hæres, recedens à Clericatu, factus est miles: & tanto fortassis ad malignandum promptior, quanto à gratia remotior. Vnde David in psal. 72. Psalmo: Qui elongant se, inquit, à te, peribunt: perdidisti omnes, qui Nota.

Causa cœdis Engelberti.

Q

forni-

fornicantur abs te, Non potest esse sine periculo & gratiae detimento, quando Clerici, qui secundum nomen suum de sorte sunt Dei, ordine A mutato, militiae se mancipant seculari. Tales, sicut exemplum habemus in multis, cum ad malum, ut dici solet, deterius tendunt, etiam malis peiores, & crudelibus crudeliores fiunt. Hinc Ieremiæ dicitur à Domino: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus malas, malas valde. Ficus malæ, sunt maligni religiosi, utputa Monachi vel Clerici. Ficus malæ valde, cum ex illis fiunt Laici. Fuerat enim Fridericus maioris Ecclesiæ Coloniensis Canonicus. In Comitem ex Clerico mutatus, fit Ecclesiæ Essendiensis Aduocatus nomine, re ipsa inimicus. Non enim defendere, sed magis deprædati didicit. Cum pater eius Arnoldus Comes de B Altena, vir admodum prudens & modestus satis in genere suo, ratione aduocationis satis indebite iam dictam vexasset Ecclesiam, iste nouissimus Fridericus exoffsauit eam. Aduocatos siue scultetos Ecclesiæ, contra voluntatem Abbatissæ & sororum, amouit: pro libitu nouos instituit: homines ad monasterium quounque iure attinentes, tantis vexationibus angarians, tantisque exactionibus excoriants, ut nobilis illa Ecclesia subsistere, vel diutius eiusdem incubatoris insolentias sustinere non posset. Non legerat, vel potius non attenderat scriptum, si legerat, miserimus ille: Vx qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? Abbatissa saepius cum sororibus Coloniam veniens, cum coram primoribus suas miserias, & Friderici violentias prius Domino Theoderico, ac deinde eius successori Engelberto Archiepiscopo exponerent, modicum profecerunt, quod amore cognitionis multa circa illum dissimularent.

Notatio ad Caput Primum.

Absolutâ libro superiori, temporis serie, quam notatio- D
nibus inserui, hoc libro & tertio solas obseruationes
adiuciam.

§. Causa verò martyrij.

Causam martyrij S. ENGELBERTO præbuit Ecclesiæ Es-
sendianæ susceptum contra Fridericum Isenburgicum co-
mitem patrocinium, cuius Friderici progenies à florentissi-
ma hodie Comitum Isenburgorum differt, & prorsus di-
uersa

Causa
martyrij S.
ENGEL-
BERTI.